

CERTAMEN OLYMPICUM LATINUM GRAECUMQUE MMXIX



BUNDESBEWERB "JUGEND ÜBERSETZT"
LATEIN-GRIECHISCH | KÄRNTEN 2019

Inhaltsverzeichnis

Heimat	4
Klagenfurt	4
Von Johannes Ortelius, Professor in Lauingen an der Donau	4
Von Martin Sturm aus dem Elsass	4
Eine Kostprobe aus dem „Aristeion Carinthiae Claudiforum“	5
von U. Paumgartner (1605)	5
Das Wörtherseemandl, ein Wahrzeichen im Zentrum der Altstadt von Klagenfurt	7
Fern der Heimat.....	9
Publius Vergilius Maro: Aeneis 8, 26-67 (gek.).....	9
Marcus Tullius Cicero: Epistulae ad Quintum fratrem 3,1 (gek.)	10
Publius Ovidius Naso: Tristia 3,3 (gek.)	12
Erasmus von Rotterdam: Apophthegmata	13
Ein Skythe als Gast bei Solon in Athen (VII Anacharsis 1).....	14
Auch Schnecken verlassen nie ihr Haus (VII Antisthenes 1).....	14
Ein Kosmopolit (III Diogenes 171).....	15
J.K.Rowling: Harrius Potter et Philosophi Lapis Cap.2.....	15
Nuntii Latini	16
Transitus profugorum in Lapponiam ^a orientalem finitus (11.3.2016).....	16
Donald Tusk: "Nolite venire in Europam!" (11.3.2016).....	17
Austria imamos ^a expellit et meschitas ¹ claudit (15.6.2018).....	17
Rom und die USA – Stimmen anderer zum Expansionsdrang von Imperien	18
Stimmen der anderen – Caesar, Bellum Gallicum 7, 77	18
Stimmen der anderen – Tacitus, Agricola, 30, 3f.	19
Tipps für einen erfolgreichen Wahlkampf: Quintus Cicero an seinen berühmten Bruder	19
Einleitung (Kap. 16).....	19
Wie sichert man sich die Unterstützung der Freunde? Definition Freund.	20
Nutzen der Freunde (18)	20
Wecken von Wohlwollen (21)	20
Warnung vor Betrug und Verrat (39)	21
Umgang mit dem Volk (41f)	21
Wahlkampf als gute Show (52).....	22
Selbsteinschätzung ist gefragt! (<i>Seneca de tranquillitate animi 6</i>)	22
Tipps für die richtige Lebensweise eines gesunden Menschen	23
(Celsus, De Medicina, I,1)	23
Zufrieden in die Zukunft blicken! (<i>Seneca de ira III, 31</i>).....	23
Pulsmessen – heute wie damals wichtig	24
(<i>Celsus, de medicina III,6,5</i>)	24
Die notwendigen Eigenschaften eines Chirurgen (<i>Celsus, de medicina, VII praef. 4 f.</i>).....	24

Nobody is perfect! (Seneca de ira III, 24)	25
Apricatio (Plinius, III 1).....	25
Relaxen ist angesagt! (Seneca de tranquillitate animi 17)	26
Geflügelte Worte	26
Non scholae sed vitae discimus (<i>Seneca, Epistulae morales ad Lucilium 106, 11f.</i>)	26
Manus manum lavat – Eine Hand wäscht die andere (Seneca, Apocolocyntosis 9,6)	27
Principiis obsta – Wehret den Anfängen (Ovid, Remedia amoris 79ff.).....	27
Pecunia non olet – Geld stinkt nicht (Suetonius, Vespasianus VIII 23)	28
In medias res – Ohne Umschweife zum Thema (<i>Horatius, ars poetica 140 ff.</i>)	29
Nosce te ipsum! – Erkenne dich selbst! (Cicero, tusc. disp. I 52)	29
Dimidium facti, qui coepit, habet: sapere aude! Frisch gewagt ist halb gewonnen (<i>Horaz, Epistulae 1,2,40</i>)	30
Mens sana in corpore sano - Ein gesunder Geist in einem gesunden Körper (<i>Iuvenal, Saturae X, 349-362</i>)	30
Cui bono? – Wem zum Vorteil? (Cicero, Pro Roscio Amerino 84 – 86).....	31
Primavera: Ovid, Fasti V, 193-214 und Lukrez, De rerum natura I, 1 -23 und V, 737 -740	32
Römisches Recht – Verletzungen von Persönlichkeitsrechten	34
Text 1: (Gaius, Institutiones III, 220 f.).....	34
Text 2: (Ulpian, ad edictum 57 /77 = Dig. XLVII, 10, 7, principium / XLVII, 10, 15, 2/5)	35
Varia.....	36
1. Alesius G., Epigrammatum libellus XI	36
2. Alesius G., Odae XLV, XVII: Georgius	36
„Amoris laetitia“ (Papst Franziskus, 2016)	37
Nuntii Latini	38
Trump reclamaciones vehementissimas excitavit	38
Mundusne levabitur ¹ bombis atomicis?	39
Olympia adiudicata	39

Heimat

Klagenfurt

Der Humanist Ulrich Paumgartner verfasste Anfang des 17. Jahrhunderts einen Lobpreis auf seine Heimatstadt Klagenfurt in über eintausend Versen.

Auf diesen Autor wiederum dichteten zwei gelehrte Zeitgenossen folgende Epigramme:



Abbildung 1: Klagenfurt, Kupferstich, 1688

Von Johannes Ortelius, Professor in Lauingen an der Donau

Claudiforum¹ proceres² adversus Turcica regna
magnificum sumptu constituere suo.

Longe hoc splendidius condit³, dum carmine dulci
singula⁴ Paumgartner splendidiora facit.

Qui⁵ sic? Claudiforum hic per cunctas exstruit oras,
illi uno tantum deposuere⁶ loco.

Von Martin Sturm aus dem Elsass

Fortia Claudifori nunquam qui castra vel arces
vidit, vel precibus templa dicata piis,
is legat hos versus – et non indoctus abibit.

Omnia namque brevis continet iste liber.

Mechanicas⁷ proceres² quod construxere per artes,
hoc Paumgartnerus carmine condit opus.

¹ Claudiforum, i n.: Klagenfurt

² proceres, procerum m.: die Stände

³ condit: Subjekt ist Urban Paumgartner

⁴ singula, orum → Neutrum Plural

⁵ qui = Adverbium

⁶ depono, is, ere, deposui, depositum: begründen

⁷ mechanicus, a, um: mechanisch

Eine Kostprobe aus dem „Aristeion Carinthiae Claudiforum“ von U. Paumgartner (1605)

Lacus Werdanus⁸ (905 – 927; 934 - 938)

Nunc sedes, Galatea⁹, tuas foetusque profundi
Nerei¹⁰, nempe lacum, cui dat peninsula nomen
Werda¹¹ suum, medio quae huius iacet aequore¹² stagni
circumfusa vagis undis, libemus¹³, et alga¹⁴.

Dissitus¹⁵ ad Cauri¹⁶ violenti frigora passus
mille vel haud multo plures a moenibus ipsis
in duo porrigitur lacus hic miliaria¹⁷ magna,
quae pedes absolvat¹⁸ vix quattuor impiger horis.

Adiacet arx capiti¹⁹ nova, nobilis, oppiduli prae²⁰
se speciem turrata ferens et splendida Felda²¹.

Eiusdem vico coniuncto nominis²². Hunc se
alveoli²³ penes²⁴ exonerant in coerulea²⁵ stagni.

Commodus hic portus²⁶ nautis, hic omnis²⁷ ab alto
desinit inque sinum se colligit unda reductum²⁸.

Huc ex urbe suis quas advexere carinis,



Abbildung 2: Valvasor, Kupferstich 1688
(*Topographia archiducatus Carinthiae*)

⁸ lacus Werdanus = Wörthersee

⁹ Galatea, ae f.: Eigennamen einer Wassernymphe, Tochter des Nereus

¹⁰ Nereus, i m.: Eigennamen = weissagender Meeresherr

¹¹ Werda, ae: Wörth (gleichnamige Halbinsel)

¹² aequor, oris n.: Fläche

¹³ libo, as, are: kennenlernen

¹⁴ alga, ae f.: hier: Schilf(rohr)

¹⁵ dissitus, a, um: ausgebreitet (in Entfernung)

¹⁶ Caurus, i m.: Nordwestwind

¹⁷ miliaria, -ium n.Pl.: Becken (etymolog. nicht geklärt)

¹⁸ pedes absolvere: abschreiten

¹⁹ capiti → bezogen auf den See

²⁰ prae ... ferens → praefero, -fers, -ferre: zeigen

²¹ Felda, ae f.: Eigennamen für den Ort Velden

²² = vicus coniunctus est eiusdem nominis

²³ alveolus, i m.: Bächlein

²⁴ Verbinde: penes ... hunc (vicum)

²⁵ coerulea = caerula, orum n.: blau schimmernde Fläche

²⁶ ergänze „est“

²⁷ verbinde: omnis ... unda

²⁸ reductus, a, um: geschwungen, gekrümmt

expediunt nautae merces²⁹, hinc rursus ad urbem
suscipiunt magna cum commoditate vehendas.

Ripa virens sparsis circumdatur undique pagis³⁰

multaque, sed laceris habitata mapalia³¹ tectis

apparent, fixis ubi lina³² madentia palis

hamigeri³³ populatores in margine³⁴ siccant.

Et quoniam natura lacum disiunxit ab urbe,

Herculeo iunxit³⁵ sudore canalis³⁶ eundem.

*Karl der Große plante bereits einen Kanal zwischen Main und Donau,
das Unterfangen scheiterte jedoch an der technischen Machbarkeit.*

(...) Successu meliori prodiit³⁷ isthaec

fossa lacu, qua volvitur unda coacta ad urbem,

naves atque rates oneratas fruge, metallo,

pisce, mero, lignis adigens³⁸ et divite merce,

urbis ad haec³⁹ fossas invito⁴⁰ flumine⁴¹ complens³⁸.



Abbildung 3: Lendkanal Anfang 20. Jh.

https://www.google.at/search?hl=de&tbm=isch&source=hp&biw=1536&bih=699&ei=EPjhW5zVHoTLwQLfvYKqBA&q=lendkanal+klagenfurt&oq=lendkanal&gs_l=img.1.1.0l2j0i30j0i24l7.1590.4189..6289...0.0..0.89.697.9.....0.....1..gws-wiz-img.DepyGX

²⁹ merces, quas, nautae expediunt / merces ... vehendas

³⁰ pagus, i m.: Dorf

³¹ mapalia, -ium n.: Hütten

³² linum, i n.: (Leintuch), hier: Netz

³³ hamiger, -era, -erum: angelnd

³⁴ margo, inis m.: Seerand = Ufer

³⁵ iunxit + Akk. → ergänze „die Stadt“

³⁶ canalis, is m.: Kanal

³⁷ prodeo, is, ire, prodii + Abl.: hervortreten aus ...

³⁸ adigens complens: verbinde mit „fossa“

³⁹ ad haec: dazu noch; und des weiteren

⁴⁰ invitus, a, um: widerstrebend ~ unruhig~wogend

⁴¹ flumen, inis n.: (fließendes) Wasser

Das Wörtherseemandl, ein Wahrzeichen im Zentrum der Altstadt von Klagenfurt

1 Haec fabula narratur, quomodo lacus^a ortus sit. Fuit olim
2 oppidum magnificis aedificiis plenum, quod ante multos
3 annos hoc loco fuisse dicitur, ubi hodie lacus^a est. Incolae
4 huius oppidi autem suis divitiis superbi, feroces, impii facti
5 sunt; quo fiebat, ut olim pridie pascha¹ ad saltandum
6 bacchandumque convenirent. Tinnitus campanae indicat
7 serum esse diei, sed nihil ad homines pertinuit.

¹ **pascha**, paschae f.:
Osterfest


8 Id temporis panduntur portae et parvus pumilio canis capillis
9 tumultum mirans intrat et irata voce dicit: „O homines
10 dissolutis moribus, nonne scitis, quod festum cras futurum
11 sit? Domum ite, priusquam poena commissa luetis.“



12 Sed homines arrogantes dicta pumilionis neglegunt,
13 alludunt, rident. Iuxta mediam noctem pumilio iterum
14 doliolum portans venit. Iterum omnes admonet et trucibus
15 dictis minatur se doliolum aperturum esse. Hoc erit omnibus
16 mors perniciesque!

17 Media nox est, sed verba pumilionis negligens nemo domum
 18 ire in animo habet. Nunc pumilio doliolum aperit: cunctis
 19 lucernis extinctis muri contremunt, ingens tempestas
 20 imberque oriuntur. Ex doliolo aqua usque profluit, dum
 21 oppidum et oppido propinqua diluviuntur. Oppidum
 22 inundatum demersum est, improbi incolae aqua mersi sunt
 23 et ubique aquae sunt. Ubi oppidum fuit, nunc lacus^a est.

^a lacus, lacus f.: gemeint ist der Wörthersee



Fern der Heimat

Publius Vergilius Maro: Aeneis 8, 26-67 (gek.)

Einleitung: Vergil leitet in seinem Nationalepos "Aeneis" die Abstammung der Römer mythologisch von den Trojanern und indirekt von den Göttern ab: Denn der trojanische Held Aeneas ist ein Sohn der Göttin Venus.

Diesem gelingt es während der Eroberung Trojas durch die Griechen mit seinem Sohn Ascanius (bzw. Julius) und anderen Überlebenden aus der Stadt zu flüchten. Weissagungen folgend gelangt er nach langen Irrfahrten über das Mittelmeer schließlich nach Italien, wo er sich feindlich gesinnten Einheimischen gegenüber sieht, die ihre Macht durch den Fremden bedroht sehen. Der vom Schicksal bereits hart geprüfte Held muss sich nun mit dieser neuen Situation auseinandersetzen, bekommt aber Hilfe und Unterstützung von Tiberinus, dem Gott des Flusses Tiber:

- | | | |
|----|-----------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------|
| 1 | nox erat et terras animalia fessa per omnis | |
| 2 | alituum ¹ pecudumque genus sopor altus habebat, | ¹ siehe: ales, itis m. |
| 3 | cum pater in ripa gelidique sub aetheris axe | |
| 4 | Aeneas ^a , tristi turbatus pectora bello, | |
| 5 | procubuit seramque dedit per membra quietem. | |
| 6 | huic deus ipse loci fluvio Tiberinus amoeno | |
| 7 | populeas inter senior se attollere frondes | |
| 8 | visus ² [...] | ² erg. est |
| 9 | tum sic adfari et curas his demere dictis: | ³ deum = deorum |
| 10 | "O sate gente deum ³ , Troianam ex hostibus urbem | |
| 11 | qui revehis nobis aeternaque Pergama ^b servas, | ⁴ hier: Vokativ von expectatus / subst. gebraucht |
| 12 | expectate ⁴ solo Laurenti ^c arvisque Latinis ^d , | |
| 13 | hic tibi certa domus, certi - ne absiste - penates ^e . | |
| 14 | neu belli terrere minis; tumor omnis et irae | ⁵ concessere = concesserunt |
| 15 | concessere ⁵ deum ³ . [...] | |
| 16 | Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum, | ⁶ ter denis = drei mal zehn = dreißig |
| 17 | ex quo ter denis ⁶ urbem redeuntibus annis | |
| 18 | Ascanius ^f clari condet cognominis Albam ^g . | ⁷ qua ratione = quomodo |
| 19 | haud incerta cano. nunc qua ratione quod instat ⁷ | Ordne: Nunc - adverte - paucis (erg.verbis) docebo, qua ratione |
| 20 | expedias victor, paucis - adverte - docebo. [...] | |

- 21 hi^h bellum adsidue ducunt cum gente Latina^d;
 22 hos castris adhibe socios et foedera iunge. [...]
 23 surge age, nate deāⁱ, primisque cadentibus astris
 24 Iunoni^j fer rite preces, iramque minasque
 25 supplicibus supera votis. mihi victor honorem
 26 persolves. [...]"
 27 Dixit, deinde lacu fluvius se condidit alto
 28 ima petens; nox Aenean^a somnusque reliquit.

expedias victor (id),
quod instat.

- a Aeneas, Aeneae m. (Aenean acc.Sg.) - Aeneas, Sohn von Venus und Anchises, Ahnherr der Römer
 b Pergama, -orum n.Pl. die Burg von Troja als Synonym für Troja
 c Laurens, ntis Adj. - von Laurentum (alte Stadt in Latium - Region um das spätere Rom)
 d Latinus 3 = latinisch/ Latium betreffend
 e penates, ium m.Pl. - Schutzgötter der römischen Familie, des Hauses und des Staates
 f Ascanius, i m. - Ascanius, Sohn von Aeneas
 g Alba, ae f. - Alba, Name von Alba Longa, der Vorgängerstadt von Rom
 h *hi*: gemeint sind hier die Arkader, ein Volk aus Griechenland, welches bereits vor einiger Zeit nach Italien eingewandert ist;
 i dea - gemeint ist hier die Göttin Venus, die Mutter von Aeneas
 j Iuno, onis f. = Göttin Juno, Gattin von Jupiter, Feindin der Trojaner, die verhindern will, dass Aeneas in Italien eine zweite Heimat findet;

Marcus Tullius Cicero: Epistulae ad Quintum fratrem 3,1 (gek.)

Einleitung: Der berühmte Politiker, Redner und Philosoph Marcus Tullius Cicero wurde aus politischen Gründen 58 v. Chr. in die Verbannung geschickt mit der Auflage, seinen Aufenthalt 500 Meilen von Italien entfernt zu wählen. Deshalb ging er nach Dyrrhachium (Durrës, im heutigen Albanien). Zur selben Zeit kehrte sein Bruder Quintus aus der Provinz Asia zurück und wollte Cicero in Griechenland treffen. Dieser wartete mehrere Monate in Thessaloniki auf Quintus, der jedoch dringendst und auf direktem Weg nach Rom zurückkehren musste. Während der Wartezeit schrieb der verzweifelte Cicero folgenden Brief (in Auszügen) an seinen Bruder, der ihn durch einen Boten übermittelt bekam:

- | | |
|---------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------|
| 1 Ego te videre noluerim? Immo vero me a te videri nolui; non | ¹ prosequi:
hier: sich verabschieden |
| 2 enim vidisses fratrem tuum, non eum, quem reliqueras, non | ² dimittere:
hier: gehen lassen |
| 3 eum, quem noras, non eum, quem flens flentem, prosequentem ¹ | ³ ergänze
vidisses |
| 4 proficiscens dimiseras ² ; ne vestigium quidem eius nec | ⁴ quaedam
effigies: hier: irgendein Schatten |
| 5 simulacrum, sed quandam effigiem ⁴ spirantis mortui ³ . [...] | |

- 6 Haec ipsa⁵ me quo fletu⁶ putas scripsisse? eodem, quo te legere
7 certe scio.
- 8 An ego possum aut non cogitare aliquando de te aut umquam
9 sine lacrimis cogitare? cum enim te desidero, fratrem solum
10 desidero? ego vero suavitate⁷ prope aequalem, obsequio filium,
11 consilio parentem⁸; quid mihi sine te umquam aut tibi sine me
12 iucundum fuit? [...]
- 13 Quid, quod⁹ mulierem miserrimam, fidelissimam coniugem me
14 prosequi non sum passus, ut esset, quae reliquias communis
15 calamitatis, communes liberos tueretur? [...]

⁵ haec ipsa n.
Pl: ebendies
⁶ Ordne: quo
fletu putas
haec ipsa ...?

⁷ suavitas, atis f. -
Liebenswürdigkeit

⁸ ergänze: desidero

⁹ quid, quod ... ist
es nicht so,
dass....

Cicero ist in weiterer Folge jedenfalls vollends überzeugt, dass sein Bruder sich für ihn in Rom einsetzen wird, wenn er es für machbar hält:

- 16 De quo scribunt ad me quidem multi multa et se sperare
17 demonstrant; sed ego, quod sperem, non dispicio¹⁰, cum inimici
18 plurimum valeant, amici partim deseruerint me, partime etiam
19 prodiderint, qui in meo reditu fortasse reprehensionem sui
20 sceleris¹¹ pertimescant. [...]
- Cicero denkt im Folgenden sogar über Selbstmord nach:*
- 21 Illud quidem nec faciendum est nec fieri potest, me diutius,
22 quam aut tuum tempus aut firma spes postulabit, in tam miserā
23 tamque turpi vitā commorari, ut, qui modo fratre fuerim¹²,
24 liberis, coniuge, copiis, genere ipso pecuniae¹³ beatissimus,
25 dignitate, auctoritate, existimatione, gratia non inferior¹⁴, quam
26 qui umquam fuerunt amplissimi¹⁵, is¹⁶ nunc in hac tam afflicta
27 perditaque fortuna¹⁷ neque me neque meos lugere diutius
28 possim. [...]

¹⁰ dispicere –
erkennen

¹¹ sui sceleris :
hier- für ihr
schändliches
Verhalten

¹² Ordne: qui modo
fratre, liberis ...
beatissimus
fuerim

¹³ genere ipso
pecuniae - durch
die Art, wie ich
zum Geld
gekommen bin

¹⁴ inferior (erg.)
fuerim - hier:
nicht niedriger
stehen

¹⁵ quam qui
umquam fuerunt
amplissimi - als
je die
Angesehensten

¹⁶ is - bleibt
unübersetzt

¹⁷ in hac tam
afflicta

29 Filiam meam et tuam Ciceronemque^a nostrum quid ego, mi
 30 frater, tibi commendem? quin illud maereo, quod tibi non
 31 minorem dolorem illorum orbitas afferet quam mihi; sed te
 32 incolumi¹⁸ orbi non erunt. [...]
 33 Idibus Iuniis, Thessalonica

perditaque
 fortuna - in
 dieser so völlig
 aussichtslosen
 Lage

¹⁸ te incolumi
 - Abl.abs. -
 wenn du
 unversehrt
 bleibst

^a Ciceronem nostrum = gemeint ist der gleichnamige Sohn Ciceros

Publius Ovidius Naso: Tristia 3,3 (gek.)

Einleitung: Der Dichter Publius Ovidius Naso wird von Kaiser Augustus aus bis heute nicht ganz geklärten Gründen 8 n.Chr. nach Tomi(s) am Schwarzen Meer (im heutigen Bulgarien) ins Exil geschickt. Für einen hochangesehenen Dichter bedeutete dieser Ort die totale Vereinsamung, vor allem in kultureller und intellektueller Hinsicht. Schon auf der Reise dorthin beginnt er die *Tristia* zu schreiben, in denen er von den Ängsten und Nöten, von dem trübseligen Leben im Exil, von Hoffnungen, Enttäuschungen, von Verzweiflung und Aufbegehren berichtet. Außerdem werden immer wieder Bitten des Dichters um Fürsprache beim Kaiser laut.

1 Haec mea si casu miraris epistula quare^{1a}
 2 alterius digitis scripta sit, aeger eram,
 3 aeger in extremis ignoti partibus orbis;
 4 incertusque meae paene salutis¹ eram.
 5 quem mihi nunc animum dirā regione iacenti
 6 inter Sauromatas^a esse Getasque^b putes^{2?}
 7 nec caelum patior, nec aquis adsuevimus^{2a} istis,
 8 terraque nescio quo non placet ipsa modo³.
 9 non domus apta satis, non hic cibus utilis aegro,
 10 nullus⁴, Apollineā^c qui levet arte malum,
 11 non qui⁵ soletur, non qui⁵ labentia tarde
 12 tempora narrando fallat⁶, amicus adest.

^{1a} Ordne: si miraris casu,
 quare haec epistula...

¹ salus, utis f. = hier:
 Gesundung

² quem mihi animum esse
 putes- wie, meinst du, geht
 es mir...

^{2a} Pluralis maiestatis; Cicero
 spricht in diesem Text oft
 von sich selbst in der 1.P.Pl.

³ Ordne: Terra ipsa (mihi) non
 placet, nescio quo modo....

⁴ erg. est als Prädikat zu
 domus, cibus, nullus

⁵ verbinde: non amicus, qui

⁶ tempora fallere - die Zeit
 vertreiben

13	lassus in extremis iaceo populisque locisque,	
14	et subit ⁷ adfecto ⁸ nunc mihi, quicquid abest.	⁷ subire- hier: in den Sinn kommen, einfallen
15	omnia cum subeant ⁷ , vincis ⁹ tamen omnia, coniunx,	⁸ affectus 3 - krank, leidend
16	et plus in nostro pectore parte ¹⁰ tenes.	⁹ vincere - hier: übertreffen
17	te loquor absentem, te vox mea nominat unam;	¹⁰ plus parte - den größeren Teil
18	nulla venit sine te nox mihi, nulla dies.	¹¹ aliena - hier: wirres Zeug
19	quin etiam sic me dicunt aliena ¹¹ locutum <esse>,	¹² ut - hier: dass dennoch
20	ut ¹² foret amenti ¹³ nomen in ore tuum.	¹³ amenti - hier: im Fieberwahn
21	si iam deficiam suppressaque lingua palato ¹⁴ ,	¹⁴ suppressa lingua palato - die am Gaumen klebende Zunge
22	vix instillato restituenda ¹⁵ mero,	¹⁵ restituenda (sit) - in ihrer Funktionstüchtigkeit wiederherstellen = befeuchten
23	nuntiet huc aliquis dominam venisse, resurgam,	
24	spesque tui nobis causa vigoris erit.	
25	ergo ego sum dubius vitae ¹⁶ , tu forsitan istic	¹⁶ dubius vitae - lebensgefährlich erkrankt
26	iucundum nostri nescia ¹⁷ tempus agis?	¹⁷ nescia nostri - ohne Kenntnis meines Zustandes
27	non agis, adfirmo: liquet hoc, carissima, nobis	
28	tempus agi sine me non nisi triste tibi ¹⁸ .	¹⁸ tibi - dat.auct. - von dir

- a Sauromatae, arum m. - Sauromaten bzw. Sarmaten (Bewohner des polnisch-russischen Tieflandes)
- b Getae, arum m. - Geten (Volk nördlich der unteren Donau) - beide Völker galten bei den Römern als Barbaren
- c Apollineus 3 = von Apoll (= dem Gott der Heilkunst)

Erasmus von Rotterdam: Apophtegmata

Die *Apophtegmata* widmete der humanistische Gelehrte Erasmus von Rotterdam (16. Jhd.) dem Fürsten Wilhelm von Cleve, mit der Begründung, dass politisch verantwortliche Männer ohne langes Suchen für alle Problemfälle ganz bestimmte Entscheidungshilfen zur Verfügung haben sollten sowie Vorbilder und Muster für richtiges menschliches Verhalten in wichtigen, für jeden Menschen immer wiederkehrenden Situationen. Deshalb bringt er nicht nur eigentliche Apophtegmata, also kurze Aussprüche, sondern auch kürzere oder längere Anekdoten und Geschichten, mit denen er sein offensichtliches Anliegen, nämlich ein "Compendium humanitatis" zu schaffen, realisieren kann.

Ein Skythe als Gast bei Solon in Athen (VII Anacharsis 1)

Einleitung: Vorurteilsloses Aufeinanderzugehen von Menschen, wie es sich in der Haltung des Skythen Anacharsis zeigt, Offenheit gegenüber anderen Rassen und Andersdenkenden sind die beste Grundlage für ein gutes, friedliches Zusammenleben von Völkern und anderen menschlichen Gemeinschaften:

- 1 Anacharsis^a mox, ut¹ Athenas venerat, Solonis^b domum adiit. ¹ mox, ut = sofort als
- 2 Roganti famulo „Quis et unde²?“ imperavit, (ut) renuntiaret ² erg.: Quis es et unde venis?
- 3 adesse Anacharsidem^a, qui et Solonem^b videre et, si fieri ³ hospes, itis m. Gastfreund
- 4 posset, etiam hospes³ fieri cuperet.
- 5 Solon^b per puerum respondit in patria solere fieri hospites³, ⁴ siehe: significare
- 6 significans⁴ inter Graecos et Scythas^c non esse ius hospitij⁵. ⁵ ius hospitij = Gastrecht
- 7 Ad haec verba, quibus abigebatur, Anacharsis^a, quasi iussus
- 8 esset introire, ingressus est ad Solonem dicens se iam esse
- 9 in patria et aequum esse, ut hospitio iungerentur.
- 10 Huius responsi sinceritate⁶ delectatus Solon libenter recepit ⁶ sinceritas, atis f. = Ehrlichkeit
- 11 illum hominem ad intimam familiaritatem⁷ ex primo statim ⁷ intima familiaritas = hier: innerster Freundeskreis
- 12 sermone cognoscens animum philosophicum, qui iudicaret
- 13 esse patriam, ubicumque bene est homini. **Cives enim**
- 14 **mundi sumus omnes.**

^a Anacharsis, Anacharsidis m. = skythischer Weiser und Erfinder

^b Solon, onis m. = Solon, Gesetzgeber Athens (6. Jhd.v.Chr.)

^c Scythae, arum m.Pl. = Skythen (Nomadenvolk vom Schwarzen Meer bis nach Sibirien)

Auch Schnecken verlassen nie ihr Haus (VII Antisthenes 1)

Einleitung: Antisthenes, ein Schüler des Philosophen Sokrates, macht sich über die Athener lustig:

- 1 Antisthenes ridere solebat Athenienses iterum atque iterum
- 2 gloriantes, quod essent Autochthones - hoc est indignae -

3 eo, quod¹ non aliunde eo immigrassent nec patriam sedem
4 mutassent umquam.
5 Dixit hoc laudis² illis esse cum testudinibus cochleisque
6 commune. Nam et haec animalia numquam mutant
7 domicilium, in quo nascuntur.

¹ eo, quod - dadurch,
dass

² hoc laudis - dieses Lob

Ein Kosmopolit (III Diogenes 171)

Einleitung: Diogenes, ein Schüler von Antisthenes, erklärt sein Menschenbild:

1 Interrogatus a quispiam¹, cuias² esset, Diogenes respondit,
2 KOSMOPOLITES³, id est civis mundi, significans philosophum,
3 ubicumque locorum agat, in sua patria vivere.

¹ quispiam -
irgendjemand

² cuias - woher
gebürtig

³ *Kosmopolites* - von
griech. *kosmos*-
Weltall und *polites*
Bürger

J.K.Rowling: *Harrius Potter et Philosophi Lapis Cap.2*

Einleitung: Der erste Band der weltweit bekannten Reihe *Harry Potter* von J.K.Rowling (*1965) wurde unter anderem auch ins Lateinische übersetzt. Im folgenden Ausschnitt wird gezeigt, dass der Begriff "Heimat" die Menschen miteinschließt, mit denen man sich wohlfühlt:

1 Paene decem annos cum Dursleis^a vixerat, decem miseros
2 annos, tam diu quam meminisse potuit, ex quo infans fuit, et
3 parentes interfecti sunt illā collisione autocinetorum¹. Non
4 potuit meminisse se in autocineto¹ fuisse, ubi parentes mortui
5 essent. Aliquando, cum memoriam intenderet diutissime in
6 armario inclusus, occurrit ei visum mirabile: fulgor lucis viridis
7 oculos occaecans² et dolor ardens frontis. Haec erat, ut
8 arbitrabatur, collisio, quamquam non potuit imaginari, unde

¹ autocinetum, i n. -
Auto

² siehe: caecare

9 orta esset omnis illa lux viridis. Haud quaquam poterat
10 meminisse parentum. Matertera et avunculus numquam de
11 eis locuti sunt, et ipse nimirum vetitus erat curiosus esse.
12 Domi nullae erant imagines eorum photographicae. [...]
13 Harrius, cum natu minor fuisset, semper somniabat
14 propinquum aliquem ignotum venisse, qui se abduceret, sed
15 numquam factum erat - propinquos nullos habebat nisi
16 Dursleos^a.

^a Durslei, orum m. Pl. - die Dursleys (Familiename von Harrys Onkel, Tante und Cousin)

Nuntii Latini

Einleitung: Die finnischen *Nuntii Latini* („Lateinische Nachrichten“) sind ein lateinisches Nachrichtenmagazin, das seit dem 1. September 1989 vom finnischen Radiosender Yleisradio auf der Frequenz des YLE Radio 1 wöchentlich freitags um 18:15 Uhr ausgestrahlt wird.

Die Sendungen zu aktuellen Themen aus aller Welt werden vollständig in Latein gestaltet und im Wechsel von einem Sprecher und einer Sprecherin verlesen. Der via Satellit weltweit zu empfangende Nachrichtendienst stellte diesbezüglich ein Unikum dar, da selbst der Sender Radio Vaticana nur Teile seiner Nachrichten in lateinischer Sprache ausstrahlt, und fand viele Nachahmer. Um aktuelle Themen übersetzen zu können, wird neben dem klassischen Latein auch das Latein des Mittelalters und der Neuzeit herangezogen. Die Nachrichten werden auch in gedruckter Form im Internet zur Verfügung gestellt.

Transitus profugorum in Lapponiam^a orientalem finitus (11.3.2016)

1 Mense Novembri anni proximi numerus profugorum ex
2 Russia ita crescere coepit, ut circiter centeni septimanatim
3 in Finniam^b septentrionalem venirent. Maior pars asylum
4 petentium oriundi erant ex Afganistania, India, Bangladesa,
5 pauci ex Syria et Iraquia. Post Kalendas Martias ad limitem
6 iam nulli ex Russia profugi venerunt. Russi nuntiaverunt se
7 operationes impedivisse, quibus profugi ad limitem Finniae
8 ducerentur. Etiam ex oppido Kantalahti^c apud Mare Album

9 sito, in quod homines Finniam petituri convenerant, custodes
10 publici eos expulerunt. Petteri Orpo^d, minister a rebus exteris
11 Finniae, annotavit res in limite orientali ita processisse, ut
12 Finni sperarent.

^a Lapponia, ae f. - Lappland

^b Finnia, ae f. Finnland

^c Kantalahti (finn.) - Kandalaschka, Hafenstadt in Russland am Weißen Meer

^d Petteri Orpo - (* 3. November 1969 in Köyliö) ist ein finnischer Politiker

Donald Tusk: "Nolite venire in Europam!" (11.3.2016)

1 Donald Tusk^a, praeses Consilii Europaei, homines meliores
2 vitae condiciones petentes monuit, ne in Europam venirent.
3 "Omnes profugos illegales appellare volo", inquit,
4 "undecumque oriundi estis. Nolite venire in Europam. Nolite
5 transportatoribus clandestinis confidere. Nolite vitam et
6 pecunias vestras in discrimen committere. Omnia, quae
7 habetis, amittetis."

^a Donald Tusk, europäischer Politiker aus Polen (* 22. April 1957 in Danzig)

Austria imamos^a expellit et meschitas¹ claudit (15.6.2018)

1 Austria ordines musulmanicos², qui proposita politica habent,
2 non approbat. Septuaginta imami, quibus Turcia^b pecuniam
3 praestat, ex Austria expellentur. Praeterea septem
4 meschitae¹, de radicalizzazione musulmanorum accusatae,
5 clauduntur. Cancellarius foederalis Sebastian Kurz die Veneris
6 (8.6.) nuntiavit illa consilia partem esse rationum³, quibus
7 "islamismus politicus"coerceretur. Quae rationes, ut ait
8 cancellarius foederalis, in lege anno bis millesimo quinto
9 decimo accepta consistunt. Illa lex vetat, ne communitates

¹ meschita, ae f. -
Moschee

² ordines
musulmanici -
Vertreter des
muslimischen
Glaubens

³ rationes - hier:
Programm

- 10 religiosae a nationibus peregrinis pecuniam capiant, et
 11 postulat, ut communitates musulmanorum erga societatem
 12 civilem Austriacam consuetudines positivas sustineant.

^a imamus, i m. - der Imam, religiös-politisches Oberhaupt der islamischen Gemeinschaft, Vorbeter beim Ritualgebet (als Priester bzw. Vorsteher des Kultus)

^b Turcia, ae f. - die Türkei

Rom und die USA – Stimmen anderer zum Expansionsdrang von Imperien

Stimmen der anderen – Caesar, Bellum Gallicum 7, 77

Einleitung: Als die gallischen Aufständischen in Alesia eingeschlossen waren, soll gemäß Caesar der Arverner Critognatus Folgendes gesagt haben: (85 W.)

- 1 „Depopulata¹ Gallia Cimbri^a magnaue illata calamitate
 2 finibus quidem nostris aliquando excesserunt atque alias
 3 terras petierunt; iura, leges, agros, libertatem nobis
 4 reliquerunt. Romani vero, quid petunt aliud aut quid volunt,
 5 nisi invidia adducti, quos fama nobiles potentesque bello
 6 cognoverunt², horum in agris civitatibusque, quos fama
 7 nobiles potentesque bello cognoverunt, considerare atque his
 8 aeternam iniungere³ servitutem? Neque enim umquam alia
 9 condicione bella gesserunt. Si ea, quae in longinquis⁴
 10 nationibus geruntur, ignoratis, respicite finitimam Galliam^b,
 11 quae in provinciam reducta⁵ iure et legibus commutatis
 12 securibus^c subiecta premitur perpetua servitute."

¹ depopulor 1:
verwüsten

² cognoscere (m.
dopp. Akk.): jmd.
für etw. halten

³ iniungo 3, -iunxi, -
iunctum:
(jemandem etwas)
auferlegen

⁴ longinquus/a/um:
weit entfernt,
entlegen; fremd

⁵ aliquem in aliquid
redigere (-igo 3, -
egi, -actum): jmd.
zu etw. machen

^a Cimbri, -orum: Kimbern

^b finitima Gallia: gemeint ist die römische Provinz Gallia ulterior bzw. Narbonensis

^c securis, is f.: Beil (In Rutenbündel gewickelte Beile waren die Kennzeichen der Liktores, die ihrerseits wiederum die Vollzugsbeamten der unterschiedlichen Magistrate waren)

Stimmen der anderen – Tacitus, Agricola, 30, 3f.

Einleitung: 83/84 n. Chr. führten die Römer unter Gnaeus Iulius Agricola Eroberungsfeldzüge in Britannien durch. Der Anführer der gegnerischen Kaledonier, Calgacus, soll nach Agricolas Biografen Tacitus Folgendes gesagt haben:

- 1 „Nos terrarum ac libertatis extremos recessus ipse ac
2 sinus famae¹ in hunc diem defendit: Nunc terminus
3 Britanniae patet, atque omne ignotum pro magnifico
4 est²; Sed nulla iam ultra gens, nihil nisi fluctus ac saxa,
5 et infestiores Romani, quorum superbiam frustra per
6 obsequium ac modestiam effugies. Raptores orbis,
7 postquam cuncta vastantibus defuerunt terrae, mare
8 scrutantur³: Si locuples⁴ hostis est, avari⁵, si pauper,
9 ambitiosi, quos⁶ non Oriens, non Occidens satiaverit⁷:
10 Soli omnium opes atque inopiam pari adfectu
11 concupiscunt. Auferre⁸, trucidare, rapere falsis
12 nominibus imperium atque, ubi⁹ solitudinem faciunt,
13 pacem appellant.“

- ¹ sinus famae: der (schützende) Bausch/Winkel des (bloßen) Hörensagens
² pro magnifico esse: für großartig gelten
³ scrutator 1: durchstöbern
⁴ locuples, -etis: reich
⁵ avarus/a/um: gierig (erg. sunt; Subjekt: Römer)
⁶ quos: *der Relativsatz erklärt das zu ergänzende Romani aus dem übergeordneten Satz*
⁷ satio 1: sättigen
⁸ auferre, trucidare, rapere: *Akkusativobjekte zu appellat*
⁹ ubi ... faciunt: *der gesamte Nebensatz ist Akkusativobjekt zu appellat*

Tipps für einen erfolgreichen Wahlkampf: Quintus Cicero an seinen berühmten Bruder

Einleitung (Kap. 16)

- 1 Petitio magistratuum divisa est in duarum rationum¹
2 diligentiam¹, quarum altera in amicorum studiis²,
3 altera in populari voluntate ponenda³ est.

¹ rationum diligentiam: Themenbereiche

² studium, -i n.: Zuneigung, Ergebenheit, Unterstützung

³ pono 3 in: sich befassen mit

Wie sichert man sich die Unterstützung der Freunde? Definition Freund.

1 Amicorum studia¹ beneficiis et officiis et vetustate² et
2 facilitate ac iucunditate³ naturae³ parta esse oportet.
3 Sed hoc nomen „amicorum“ in petitione latius patet
4 quam in cetera vita; quisquis est enim, qui ostendat
5 aliquid in te voluntatis⁴, qui colat⁵, qui domum
6 ventitet, is in amicorum numero est habendus.

¹ studium, -i n.: Zuneigung, Ergebenheit, Unterstützung
² vetustas, -atis f.: alte Verbindung
³ iucunditas (-atis f.) naturae: natürliche Liebeshwürdigkeit
⁴ voluntas, -atis f.: Wohlwollen, guter Wille
⁵ colo 3: (freundschaftlichen) Umgang (mit dir) pflegen

Nutzen der Freunde (18)

1 Sunt instituendi¹ cuiusque generis amici: ad speciem²
2 homines inlustres honore ac nomine (qui, etiam si
3 suffragandi³ studia⁴ non navant⁴, tamen adferunt
4 petitori aliquid dignitatis); ad ius⁵ obtinendum
5 magistratus (ex quibus maxime consules, deinde
6 tribuni plebis); ad conficiendas⁶ centurias^a homines
7 excellenti gratia.

¹ instituo 3: *hier* finden
² species, -ei f.: Ansehen
³ suffragor 1: unterstützen
⁴ studia navo 1: eifrig behilflich sein
⁵ ius, iuris n.: Rechtsposition
⁶ conficio 3M (centurias): sich (die Stimmen von Zenturien) zu verschaffen

^a centuria, -ae f: Zenturie (Innerhalb der Volksversammlung waren die römischen Bürger nach ihrem Vermögen in 193 Stimmklassen, so genannte Zenturien, eingeteilt.)

Wecken von Wohlwollen (21)

1 Sed quoniam tribus rebus homines maxime ad
2 benevolentiam atque haec suffragandi studia
3 ducuntur, beneficio, spe, adiunctione animi ac
4 voluntate¹, animadvertendum est, quem ad modum²
5 cuique horum generi³ sit inserviendum. Minimis
6 beneficiis homines adducuntur, ut satis causae putent
7 esse ad studium suffragationis⁴.

¹ adiunctio animi ac voluntas: spontane Sympathie
² quem ad modum = quomodo
³ genus: h.: Mittel
⁴ studium suffragationis: Unterstützung einer Kandidatur

Warnung vor Betrug und Verrat (39)

1 Quoniam in amicorum studiis haec omnis oratio
2 versatur, qui locus¹ in hoc genere² cavendus sit,
3 praetermittendum³ non videtur. Fraudis atque
4 insidiarum et perfidiae plena sunt omnia. Non est
5 huius temporis⁴ perpetua illa de hoc genere²
6 disputatio, quibus rebus benevolus et simulatur
7 diiudicari possit; tantum⁵ est huius temporis⁴
8 admonere. Summa tua virtus eosdem homines et
9 simulare tibi se esse amicos et invidere coegit. Quam
10 ob rem ... illud teneto⁶, nervos atque artus⁷ esse
11 sapientiae non temere credere.

¹ locus: h.: Punkte, Umstände

² genus: Frage Thema

³ erg.: praetermittendum non (esse)

⁴ est huius temporis: ist (in diesem zeitlichen Rahmen) möglich

⁵ tantum: nur

⁶ illud teneto (Imperativ II): halte an jenem Spruch fest

⁷ nervi atque artus: Sehnen und Gelenke (als Metapher verwendet)

Umgang mit dem Volk (41f)

1 Quoniam de amicitiiis constituendis satis dictum est,
2 dicendum est de illa altera parte petitionis¹, quae in
3 populari ratione² versatur. Ea desiderat³
4 nomenclationem⁴, blanditiam, adsiduitatem,
5 benignitatem, rumorem⁵, speciem in re publica⁶.
6 Primum id, quod facis, ut homines noris⁷, significa⁸,
7 ut appareat, et auge, ut cottidie melius fiat! Nihil mihi
8 tam populare neque tam gratum videtur. Deinde id,
9 quod natura non habes, induc in animum⁹ ita
10 simulandum esse, ut natura¹⁰ facere videare¹¹; nam
11 comitas¹² tibi non deest ea¹³, quae bono ac suavi¹⁴
12 homine digna est, sed opus est magno opere¹⁵
13 blanditia, quae, etiam si vitiosa est et turpis in cetera
14 vita, tamen in petitione¹ necessaria est; etenim cum
15 deteriore aliquem adsentando¹⁶ facit¹⁷, tum
16 improba est; cum amiciorem¹⁸, non tam vituperanda,
17 petitori¹⁹ vero necessaria est, cuius et frons et vultus

¹ petitio,-onis: Wahlkampf

² popularis ratio: Umgang mit dem Volk, Popularität

³ desidero1: erfordern

⁴ nomenclatio,-onis: Namensgedächtnis

⁵ rumor,-oris: Renommee, guter Ruf

⁶ species in re publica: Aussicht auf eine gute Politik

⁷ noris = noveris

⁸ significo1: deutlich machen

⁹ induc in animum: mache dich mit dem Gedanken vertraut

¹⁰ natura: Naturell, Wesen

¹¹ videare = videaris

¹² comitas,-atis: Leutseligkeit

¹³ ea: bezieht sich auf comitas

¹⁴ suavis,-e: höflich

¹⁵ magno opere: besonders

18 et sermo ad eorum, quoscumque convenerit, sensum
19 et voluntatem²⁰ commutandus et accommodandus
20 est.

¹⁶ adsentando: durch Speichel-
leckerei

¹⁷ aliquem deteriorem facere:
jem. korrumpieren

¹⁸ amiciorem <facit>: amicus 3:
beliebt

¹⁹ petitor, -oris: Bewerber

²⁰ voluntas, -atis: Neigung

Wahlkampf als gute Show (52)

1 Postremo tota petitio cura¹, ut pompae plena sit, ut
2 inlustris, ut splendida, ut popularis sit, ut habeat
3 summam speciem ac dignitatem, ut etiam, si qua
4 possit ratione, competitoribus tuis existat² aut
5 sceleris aut libidinis aut largitionis accomodata³ ad
6 eorum mores infamia!

¹ Wortstellung: Postremo cura,
ut tota petitio ... sit, ut ... !

² existo 3: entstehen

³ accomodatus 3: entsprechend

Selbsteinschätzung ist gefragt! (Seneca de tranquillitate animi 6)

1 Inspicere autem debemus primum nosmet¹ ipsos, deinde
2 ea, quae aggrediemur negotia, deinde eos, quorum causa²
3 aut cum quibus.
4 Ante omnia necesse est se ipsum aestimare, quia fere plus
5 nobis videmur posse quam possumus: alius eloquentiae
6 fiducia prolabitur³, alius patrimonio suo plus imperavit⁴,
7 quam ferre posset, alius infirmum corpus laborioso pressit
8 officio.

Γνώθι σαυτόν
gnóthi sautón
erkenne dich selbst



¹ nosmet = nos

² 2F. + causa: wegen

³ prolabi, prolabor,
prolapsus sum: sich
übernehmen

⁴ imperare 1: zumuten

Tipps für die richtige Lebensweise eines gesunden Menschen (Celsus, De Medicina, I,1)



- 1 Sanus homo nullis obligare¹ se legibus debet, ac neque
2 medico neque iatralipta² egere³. Hunc oportet varium
3 habere vitae genus: modo ruri esse, modo in urbe,
4 saepiusque in agro; navigare, venari⁴, quiescere
5 interdum, sed frequentius se exercere; siquidem ignavia
6 corpus hebetat, labor firmat, illa maturam senectutem,
7 hic longam adulescentiam reddit.
- 8 Prodest etiam interdum balineo⁵, interdum aquis frigidis
9 uti; modo ungui⁷, modo id ipsum neglegere; nullum
10 genus cibi fugere, quo populus utatur; interdum in
11 convictu⁸ esse, interdum ab eo se retrahere; bis⁹ die
12 potius¹⁰ quam semel¹¹ cibum capere, et semper quam
13 plurimum, dummodo¹² hunc concoquat¹³.

- ¹ obligare 1: binden
² iatralipta,-ae m.:
Masseur
³ egere 2: benötigen
⁴ venari 1: jagen
⁵ ignavia,-ae f.: Trägheit
⁶ balineum,-i
n.:(warmes) Bad
⁷ unguere 3: salben
⁸ convictus,-us m.:
Gesellschaft, Gelage;
Dinner, Gastmahl,
Essenseinladung
⁹ bis: zweimal
¹⁰ potius: eher
¹¹ semel: einmal
¹² dummodo (+Konj.):
soferne, wenn nur
¹³ concoquere 3:
verdauen, vertragen

Zufrieden in die Zukunft blicken! (*Seneca de ira III, 31*)

- 1 Age¹ potius gratias¹ pro his, quae accepisti; reliqua
2 exspecta et nondum plenum esse te gaude: inter
3 voluptates est superesse, quod speres. Omnes vicisti:
4 primum esse te in animo amici tui laetare ! Multi te vincunt:
5 considera, quanto antecedas plures quam sequaris! Quod
6 sit in te vitium maximum, quaeris? Falsas rationes²
7 conficis²: data magno aestimas, accepta parvo.

- ¹ gratias agere: danken,
Dank sagen

- ² rationes conficere:
Berechnungen anstellen

Pulsmessen – heute wie damals wichtig (Celsus, de medicina III,6,5)

1 Venis¹ enim maxime credimus, fallacissimae rei, quia saepe
2 istae² leniores celerioresve sunt et aetate et sexu et
3 corporum natura. Et plerumque satis sano corpore, si
4 stomachus infirmus est, nonnumquam etiam incipiente
5 feбри, subeunt et quiescunt, ut inbecillus is videri possit, cui
6 facile laturo³ gravis instat accessio.
7 Contra saepe eas⁴ concitare solet balneum et exercitatio et
8 metus et ira et quilibet alius animi adfectus, adeo ut, cum
9 primum medicus venit, sollicitudo aegri dubitantis,
10 quomodo illi se habere videatur, eas moveat. Ob quam
11 causam periti medici est non protinus, ut venit,
12 adprehendere manu brachium, sed primum desiderare hilari
13 vultu percontarique, quemadmodum se habeat, et si quis
14 eius metus est, eum probabili sermone lenire, tum deinde
15 eius corpori manum admovere. Quas venas autem
16 conspectus medici movet, quam facile mille res turbant.

¹ vena, - ae f.: Ader,
Vene; Pl.: Puls

² istae: sc. venae

³ laturo, a, um: einer,
der es ertragen wird

⁴ eas: sc. venae

Die notwendigen Eigenschaften eines Chirurgen (Celsus, de medicina, VII praef. 4 f.)

1 Esse autem chirurgus debet adulescens aut certe
2 adulescentiae propior; manu strenua, stabili, nec umquam
3 intremescente, eaque non minus sinistra quam dextra
4 promptus; acie oculorum acri claraque; animo intrepidus;
5 misericors sic, ut sanari velit eum, quem accepit, non ut
6 clamore eius motus vel magis, quam res desiderat,
7 properet, vel minus, quam necesse est, secet; sed perinde
8 faciat omnia, ac si nullus ex vagitibus alterius adfectus
9 oriatur.
10 Potest autem requiri, quid huic parti proprie¹ vindicandum²

¹ proprie: gesondert,
speziell

² vindicare 1: hier:
anführen, erwähnen

11 sit², quia vulnerum quoque ulcerumque multorum
12 curationes, quas alibi executus sum, chirurgi sibi
13 vindicant³. Ego eundem quidem hominem posse omnia ista
14 praestare concipio⁴; atque ubi se diviserunt⁵, eum laudo,
15 qui quam plurimum percepit.

³ vindicare 1: in Anspruch nehmen

⁴ concipere M: meinen, glauben

⁵ se dividere: sich spezialisieren

Nobody is perfect! (Seneca de ira III, 24)

1 Prudentiori credamus, stultiori remittamus¹; pro
2 quocumque illud nobis respondeamus sapientissimos
3 quoque viros multa delinquere², neminem esse tam
4 circumspectum³, <ut> cuius non diligentia aliquando sibi
5 ipsa excidat⁴, neminem tam maturum⁵, <ut> cuius non
6 gravitatem in aliquod fervidius factum casus impingat⁶,
7 neminem tam timidum offensarum, qui non in illas, dum
8 vitat, incidat.

¹ remittere, remitto, remisi, remissum: verzeihen

² delinquere, delinquo, deliqui, delictum: Fehler machen

³ circumspectus, a, um: umsichtig, besonnen

⁴ excidere, excido, excidi: entgleiten

⁵ maturus, a, um: vollkommen

⁶ impingere, impingo, impegi, impactum: hintreiben, verleiten

Apricatio (Plinius, III 1)

Einleitung: Das Sonnenbaden war in der antiken Zeit nicht ganz so beliebt wie heute. Die sogenannte APRICATIO, das „Schmoren des Körpers in der Sonne“ – wie Seneca recht ungnädig über Leute, die allzu viel Freizeit darauf verwandten, schrieb, war eher bei den Senioren beliebt.

So lesen wir bei Plinius, dass sich der 78 jährige Spurinna jeden Tag in die Sonne legte, wenn es windstill war, bevor er etwas Ball spielte und dann ins Bad ging.

**NOBODY
IS
PERFECT**



1 Ubi hora balinei nuntiata^a est – est autem hieme nona,
2 aestate octava - in sole, si caret vento, ambulat nudus.
3 Deinde movetur pila vehementer et diu; nam hoc quoque
4 exercitationis genere pugnat cum senectute. Lotus accubat
5 et paulisper cibum differt.

^a Bestimmte Sklaven hatten den Auftrag, ihrem Herrn die einzelnen Stunden anzuzeigen.

Relaxen ist angesagt! (Seneca de tranquillitate animi 17)

- 1 Danda est animis remissio¹: meliores acrioresque requieti
2 surgent. Ut fertilibus agris non est imperandum (cito enim
3 illos exhaurient nunquam intermissa fecunditas²), ita
4 animorum³ impetus³ assiduus labor franget; vires
5 recipient paulum resoluti et remissi. Nascitur ex assiduitate
6 laborum animorum hebetatio quaedam et languor.
- 7 Nec ad hoc tanta hominum cupiditas tenderet, nisi
8 naturalem quandam voluptatem haberet lusus iocusque.
9 Quorum frequens usus omne animis pondus omnemque
10 vim eripiet: nam et somnus refectioni necessarius est,
11 hunc tamen si per diem noctemque continues, mors erit.
12 Multum interest, remittas aliquid an solvas.

¹ remissio, remissionis
f.: Entspannung, das
Relaxen

² fecunditas, fecunditatis
f.: Fruchtfolge

³ animorum impetus:
geistige Energien

Geflügelte Worte

Non scholae sed vitae discimus

(Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium* 106, 11f.)

Einleitung: Im 106. Brief entschuldigt sich Seneca zunächst für die so späte Beantwortung einer Anfrage des Lucilius. Er rechtfertigt sich damit, dass er dieses Thema – eine spitzfindige Erörterung über die Körperlichkeit aller Güter, somit auch der Tugenden (wie z.B. Tapferkeit, Ehrfurcht, etc.) und der Leidenschaften (wie Liebe, Trauer, Zorn) – in einem größeren Werk genauer behandeln will und deshalb mit seinem Antwortbrief zögerte. Da er aber Lucilius nicht länger warten lassen wollte, setzt er sich in diesem Brief doch mit dieser Frage auseinander und beendet ihn – nachdem er zum Schluss gekommen ist: „Ein Gut des Körpers ist körperlich: ein Gut des Menschen ist auch ein Gut des Körpers, daher ist es körperlich“ – mit folgenden Worten:

- 1 Quoniam, ut voluisti, morem gessi¹ tibi, nunc ipse dicam
2 <id,> quod mihi dicturum esse te video: latrunculis²
3 ludimus. In supervacuis subtilitas³ teritur: non faciunt⁴
4 bonos ista sed doctos. Apertior res est sapere⁵, immo
5 simplicior:

¹ morem gerere: zu
Willen sein (gemeint ist
die Beantwortung seiner
Anfrage)

² latrunculus,-i m.:
Steinchen (im Brettspiel)

³ subtilitas, -atis f.:
Scharfsinn, Schärfe und
Feinheit des Geistes

⁴ erg. „nos“

⁵ sapio, is, ere: Weisheit
besitzen, Verstand haben

6 paucis⁶ <satis> est ad mentem bonam uti litteris⁶, sed nos
 7 ut cetera in supervacuum diffundimus⁷, ita philosophiam
 8 ipsam. Quemadmodum omnium rerum, sic litterarum
 9 quoque intemperantia laboramus: **non vitae sed scholae**
 10 **discimus.** Vale.

⁶ paucis ... litteris: paucis bezieht sich auf litteris
⁷ diffundere in supervacuum (+Akk.) = sich in Details verlieren bei (etw.)

Manus manum lavat – Eine Hand wäscht die andere (Seneca, Apocolocyntosis 9,6)

Einleitung: In der Satire *Apocolocyntosis* (Die Verkürbissung des Kaiser Claudius) findet im Himmel eine Götterversammlung unter der Leitung Jupiters statt, in der über den Antrag der Vergöttlichung (Apotheose) des verstorbenen Kaisers Claudius abgestimmt werden soll. Befürworter und Gegner führen eine lebhafte Diskussion, wobei Herkules – von Claudius als Fürsprecher gewonnen – nach einer Wortmeldung zu dessen Gunsten versucht, weitere Ja-Stimmen zu gewinnen:

1 Variae erant sententiae, et videbatur Claudius sententiam
 2 vincere. Hercules enim, qui videret ferrum suum in igne
 3 esse, modo huc modo illuc cursabat et aiebat: "Noli mihi
 4 invidere, mea res agitur; deinde tu si quid volueris, in
 5 vicem faciam: **manus manum lavat.**"

Principiis obsta – Wehret den Anfängen (Ovid, Remedia amoris 79ff.)

Einleitung: Nach einer Anrufung des Gottes Apollo als „Erfinder des Liedes und der ärztlichen Kunst“ um Beistand gibt Ovid, „Sänger und Arzt“ (V. 77f.), gleich zu Beginn seiner *remedia amoris* den Rat, eine aufkeimende, unheilvolle Liebe wie eine Krankheit gleich zu Beginn im Keim zu ersticken:

1 Dum licet¹ et modici tangunt praecordia² motus,
 2 si piget, in primo limine siste pedem.
 3 Opprime, dum nova sunt, subiti mala semina morbi,
 4 et tuus incipiens ire resistat equus.
 5 Nam mora dat vires, teneras mora percoquit³ uvas,

¹ licet: es ist noch möglich
² praecordia,-orum n. – Herz

³ percoquo 3, percoxi, percoctum: reifen lassen

6	et validas segetes ⁴ , quae fuit herba, facit.	⁴ seges,-etis f.: Saat; übersetze als Singular
7	Quae ⁵ praebet latas arbor ⁵ spatiantibus umbras,	⁵ Ordne: Arbor, quae praebet ... umbras, tempore, quo ... primum, virga fuit;
8	quo posita est primum, tempore virga fuit;	
9	tum poterat manibus summa tellure revelli:	
10	nunc stat in inensum ⁶ viribus aucta suis.	⁶ in inensum: ungeheuer breit, stark
11	Quale sit id, quod amas, celeri circumspice mente,	
12	et tua laesuro subtrahe colla iugo.	
13	Principiis obsta! Sero medicina paratur,	
14	cum mala per longas convaluere ⁷ moras.	⁷ convalesco 3, convalui, – : kräftig, stark werden
15	Sed propera, nec te venturas differ ⁸ in horas:	⁸ se differre in: warten auf
16	qui non est hodie, cras minus aptus erit:	⁹ verba dare: täuschen
17	Verba dat ⁹ omnis amor, reperitque alimenta morando;	
18	optima vindictae ¹⁰ proxima quaeque dies ¹¹ <est>.	¹⁰ vindicta,-ae f.: Befreiung, Rettung ¹¹ proxima quaeque dies: gleich der nächste Tag
19	Flumina pauca vides de magnis fontibus orta:	
20	plurima collectis multiplicantur acquis.	¹² longae morae: wegen einer langen Verzögerung
21	Vidi ego, quod fuerat primo sanabile, vulnus	¹³ damnum,-i n.: Schaden, traurige Folge
22	dilatatum longae ¹² damna ¹³ tulisse morae ¹² .	

Pecunia non olet – Geld stinkt nicht (Suetonius, Vespasianus VIII 23)

Einleitung: Kaiser Vespasian schreckt nicht vor ungewöhnlichen Methoden, die Staatskasse aufzufüllen, zurück. So bezichtigt er einen Maultiertreiber, absichtliche Pausen einzulegen, und erfindet auch die Besteuerung der öffentlichen Toiletten:

1	Mulionem in itinere quodam suspicatus ¹ <est> ad	¹ suspicatus est: Subjekt ist Vespasian
2	calciandas ² mulas desiluisse, ut adeunti litigatori ³ spatium	² calcio 1: mit Hufeisen beschlagen
3	moramque praeberet. Interrogavit, quanti ⁴ calciasset ⁵ , et	³ litigator,-oris m.: Bittsteller
4	pactus est lucri partem.	⁴ quanti: um wieviel Geld ⁵ calciasset = calciavisset
5	Reprehendenti filio Tito, quod etiam urinae vectigal	
6	commentus esset, pecuniam ex prima pensione ⁶ admovit	⁶ pensio,-onis f.: Zahlung
7	ad nares, sciscitans, num odore offenderetur. Et illo	
8	negante "Atqui," inquit, "e lotio ⁷ est."	⁷ lotium,-i n. : Urin

In medias res – Ohne Umschweife zum Thema (Horatius, ars poetica 140 ff.)

Einleitung: Horaz lobt Homer als aufrichtigen Autor, der nicht übertreibt und nichts erfindet:

- 1 Quanto rectius hic¹, qui nil mollitur inepte²:
- 2 'Dic mihi, Musa, virum, captae post tempora Troiae
- 3 qui mores hominum multorum vidit et urbes.'
- 4 Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
- 5 cogitat, ut speciosa dehinc miracula promat (...):
- 6 nec reditum³ Diomedis^a ab interitu Meleagri^b
- 7 nec gemino bellum Troianum orditur⁴ ab ovo^c:
- 8 semper ad eventum festinat et **in medias res**
- 9 non secus ac notas⁵ auditorem rapit. (...)

¹ hic: gemeint ist Homer, erg. als Prädikat: narrat
² inepte: läppisch, albern

³ erg: wie zum Beispiel

⁴ ordior, -iri, -ortus sum: beginnen

⁵ non secus ac notas: als seien sie bekannt

^a Diomedes, -is m.: Diomedes [berühmter griechischer Held vor Troia]

^b Meleager, -i m.: Meleager [berühmter griechischer Held, tötet gefährlichen Eber der Göttin Artemis]

^c gemino ... ab ovo: Anspielung an die Geburt der Helena und der Zwillinge Kastor und Pollux

Nosce te ipsum! – Erkenne dich selbst! (Cicero, tusc. disp. I 52)

Einleitung: Cicero rät den Menschen, ihr Inneres zu erkennen:

- 1 Est illud quidem vel maximum animo ipso animum videre,
- 2 et nimirum¹ hanc habet vim praeceptum Apollinis, quo
- 3 monet, ut se quisque noscat. Non enim, credo, id praecipit,
- 4 ut membra nostra aut staturam figuramve noscamus;
- 5 neque nos corpora sumus, nec ego tibi haec dicens corpori
- 6 tuo dico². Cum igitur '**nosce te**' dicit, hoc dicit: 'Nosce
- 7 animum tuum'. Nam corpus quidem quasi vas est aut
- 8 aliquod animi receptaculum; ab animo tuo quicquid agitur,
- 9 id agitur a te. Hunc igitur nosse³ nisi divinum esset, non
- 10 esset hoc acrioris cuiusdam animi praeceptum tributum⁴
- 11 deo [sc.⁵ hoc se ipsum posse cognoscere].

¹ nimirum: freilich, allerdings

² ordne: nec ego <haec> corpori tuo dico tibi haec dicens

³ nosse = novisse

⁴ tribuo 3, -ui, -utum: zuschreiben

⁵ sc. = scilicet: nämlich

Dimidium facti, qui coepit, habet: sapere aude! Frisch gewagt ist halb gewonnen (Horaz, Epistulae 1,2,40)

Einleitung: Horaz gibt seinem jugendlichen Freund Lollius Maximus Ratschläge in Bezug auf den Umgang mit Schwierigkeiten und fordert ihn auf, Probleme nicht vor sich herzuschieben:

- | | |
|-----------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------|
| 1 Ut iugulent hominem, surgunt de nocte latrones: | |
| 2 ut te ipsum serves, non expergisceris ¹ ? Atqui | ¹ expergiscor 3:
aufwachen |
| 3 si ² noles sanus, curres hydropicus ³ ; et ni | ² atqui si: wenn nun
aber |
| 4 posces ante diem librum cum lumine, si non | ³ hydropicus 3: an der
Wassersucht
leidend |
| 5 intendes animum studiis et rebus honestis, | |
| 6 invidia vel amore vigil torquebere ⁴ . Nam cur, | ⁴ torquebere =
torqueberis |
| 7 quae laedunt oculum, festinas demere, siquid | |
| 8 est ⁵ animum, differs curandi tempus in annum? | ⁵ est: erg. quod laedit |
| 9 Dimidium facti, , qui coepit, habet: sapere aude, | |
| 10 incipe. Vivendi qui recte prorogat ⁶ horam, | ⁶ prorogo 1:
aufschieben |
| 11 rusticus exspectat, dum defluat amnis; at ille | |
| 12 labitur et labetur in omne volubilis aevum. | |

Mens sana in corpore sano - Ein gesunder Geist in einem gesunden Körper (Juvenal, Satira X, 349-362)

Einleitung: In der 10. Satire spricht Juvenal über die Wünsche der Menschen an die Götter, die meist um Reichtum, politische Macht, Schönheit, ein langes Leben oder um Erfolg bitten, ohne jedoch über die negativen Konsequenzen ihrer Wünsche nachzudenken. Juvenal fordert daher den Leser auf, die Götter über den Lebenslauf entscheiden zu lassen, da nur sie erkennen können, was jeder Mensch zu seinem Glück braucht:

- | | |
|----------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------|
| 1 Nam pro iucundis aptissima quaeque dabunt di: | |
| 2 carior est illis homo quam sibi. Nos animorum | |
| 3 impulsu et caeca magnaue cupidine ducti | ¹ partus,-us m.:
Nachwuchs, Kind |
| 4 coniugium petimus partumque ¹ uxoris, at illis | |
| 5 notum qui pueri qualisque futura sit uxor. | ² ut: hier = si |
| 6 Ut ² tamen et poscas aliquid voveasque sacellis | ³ exta,-orum n.Pl.:
Eingeweide |
| 7 exta ³ et candiduli divina tomacula ⁴ porci, | ⁴ tomaculum,-i n.:
Würstchen |

8 orandum est ut sit **mens sana in corpore sano**.
 9 Fortem posce animum mortis terrore carentem,
 10 qui spatium vitae extremum inter munera ponat
 11 naturae, qui ferre queat quoscumque dolores,
 12 nesciat irasci, cupiat nihil et potiores⁵
 13 Herculis^a aerumnas⁶ credat saevosque labores
 14 et venere⁷ et cenis⁷ et pluma⁷ Sardanapalli^b.

⁵ potiores: hier =
 besser (zu aerumnas
 und labores)
⁶ aerumna, -ae f.:
 Mühe, Plage
⁷ venere, cenis,
 pluma: Vergleichs-
 ablativ

Cui bono? – Wem zum Vorteil? (Cicero, Pro Roscio Amerino 84 – 86)

Einleitung: Unter der Diktatur Sullas wurde der Vater des Sextus Roscius ermordet. Zwei Verwandte des Roscius schmiedeten ein Komplott mit Chrysogonus, der als Günstling Sullas den Ermordeten posthum auf die Proskriptionsliste setzte. Um eventuelle Ansprüche des Sohnes auf den Besitz des Vaters zu verhindern, wurde Roscius von Chrysogonus und seinen Mitverschwörern des Vaternordes angeklagt. Cicero, der Sextus Roscius vor Gericht verteidigt, appelliert an die Richter:

1 L. Cassius^a ille, quem populus Romanus verissimum et
 2 sapientissimum iudicem putabat, identidem in causis
 3 quaerere solebat, '**cui bono**' fuisset. Sic vita hominum est,
 4 ut ad maleficium nemo conetur sine spe atque emolumento
 5 accedere. Hunc quaesitorem¹ ac iudicem fugiebant atque
 6 horrebant ii, quibus periculum creabatur ideo, quod, tametsi
 7 veritatis erat amicus, tamen natura non tam propensus ad
 8 misericordiam quam applicatus² ad severitatem videbatur.
 9 Ego, quamquam praest huic quaestioni vir et contra
 10 audaciam fortissimus et ab³ innocentia clementissimus,
 11 tamen facile me⁴ paterer vel illo ipso acerrimo iudice
 12 quaerente vel apud Cassianos⁵ iudices, quorum⁶ etiam nunc
 13 ii, quibus causa dicenda⁷ est, nomen ipsum reformidant, pro
 14 Sex. Roscio dicere⁴. In hac enim causa cum viderent illos
 15 amplissimam pecuniam possidere, hunc in summa
 16 mendicitate esse, illud quidem non quaererent, **cui bono**
 17 fuisset, sed eo perspicuo⁸ crimen et suspicionem potius ad
 18 praedam adiungerent quam ad egestatem.

¹ quaesitor, -oris m.:
 Untersuchungs-
 richter

² applicatus ad: hier
 = bedacht auf

³ ab: hier = in Bezug
 auf

⁴ me pro S. Roscio
 dicere: AcI
 (abhängig von
 paterer)

⁵ Cassianus 3: in der
 Art des Cassius
 (siehe a)

⁶ ordne: quorum
 nomen ipsum etiam
 nunc ii, ...,
 reformidant

⁷ causam dicere: sich
 verteidigen

⁸ eo perspicuo: wenn
 das klar ist

Primavera: Ovid, Fasti V, 193-214 und Lukrez, De rerum natura I, 1 -23 und V, 737 -740



La Primavera, Sandro Botticelli 1477/78 (Uffizien)

BOTTICELLI

Zu seinen Lebzeiten reichte der Einfluss der Kunst des Sandro Botticelli (1445 – 1510) kaum über seine Heimatstadt Florenz hinaus. Nachdem der Renaissance-Maler gegen Mitbewerber am Markt wie Michelangelo, Raffael und Leonardo mit seiner Malerei schon zu Lebzeiten das Nachsehen gehabt hatte, wurde er nach seinem Tode rasch vergessen. Erst im 19. Jahrhundert erlebte er ein furioses Comeback.

Heutzutage gilt Botticelli als herausragender Vertreter der Florentiner Frührenaissance. Seine säkulären Werke „Die Geburt der Venus“ und „Der Frühling“ gehören zu den Gemälden mit dem höchsten Wiedererkennungswert weltweit – prachtvoll in ihren grazilen Feinheiten, ihren anmutigen Linien und ihrer kompositorischen Ausgewogenheit.

BILDKONTEXT – „PRIMAVERA“

In Auftrag gegeben wurde dieses vielgedeutete Renaissancegemälde von einem Verwandten des Medici – Fürsten „Lorenzo des Prächtigen“ anlässlich seiner Hochzeit und hing wohl ursprünglich als Teil einer Bilderserie in den Gemächern der Jungvermählten. Kurzgefasst beschreibt es die fruchtbringende Ankunft des Frühlings. Botticelli dürfte sich bei seiner Inszenierung der Venus und ihrer Begleiter stark von einigen Stellen aus den großen Klassikern der antiken Literatur inspiriert haben lassen. Er schöpft aus den Oden des Horaz, dem Lehrgedicht des Lukrez „Über das Wesen der Natur“ und nicht zu vergessen dem römischen Nationalepos über den heimatsuchenden Aeneas.

Einleitung: In seinem Lehrgedicht zu den römischen Festtagen und ihren mythischen Ursprüngen schildert Ovid auch die Geschichte der altlatinischen Frühlingsgöttin Flora, die mit der griechischen Göttin Chloris (jugendfrisch, blühend) gleichgesetzt wurde. Ihr zu Ehren wurde ein Tempel auf dem Quirinal errichtet und ein ausgelassenes Fest vom 28. April bis zum 3. Mai begangen.

1	sic ego; sic nostris respondit diva rogatis, ¹	¹ rogatum, -i n.: Frage
2	dum loquitur, vernas ² efflat ab ore rosas:	² vernus 3: frühlingshaft
3	'Chloris eram quae Flora vocor: corrupta Latino	
4	nominis est nostri littera Graeca sono.	
5	Chloris eram, nymphe campi felicitatis, ubi audis	
6	rem fortunatis ante fuisse viris.	
7	quae fuerit mihi forma, grave est narrare modestae;	
8	sed generum matri repperit illa deum.	
9	ver erat, errabam; Zephyrus conspexit, abibam;	
10	insequitur, fugio: fortior ille fuit. [...]	
11	vim tamen emendat ³ dando mihi nomina nuptiae,	³ emendo 1: gutmachen
12	inque meo non est ulla querella toro ⁴ .	⁴ torus, -i m.: Ehebett
13	vere fruor semper: semper nitidissimus ⁵ annus,	⁵ nitidus 3: strahlend
14	arbor habet frondes, pabula ⁶ semper humus.	⁶ pabulum, -i n.: Nahrung, Futter
15	est mihi fecundus dotilibus ⁷ hortus in agris;	⁷ dotalis, -e: durch Heirat erworben
16	aura fovet ⁸ , liquidae fonte rigatur ⁹ aquae:	⁸ foveo 2: wärmen ⁹ rigo 1: bewässern
17	hunc meus implevit generoso flore maritus,	
18	atque ait "arbitrium ¹⁰ tu, dea, floris habe."	¹⁰ arbitrium, -i n.: Belieben, Entscheidung
19	saepe ego digestos ¹¹ volui numerare colores,	¹¹ digero 3: ordnen
20	nec potui: numero copia maior erat.	

Einleitung: Das philosophische Lehrgedicht des Dichters Lukrez hebt mit einem Hymnus an die Göttin der Liebe und Fruchtbarkeit an, obwohl Lukrez traditionelle, mythische Göttervorstellungen ablehnt. Dennoch versinnbildlicht Venus für ihn die Inspiration poetischer Kreativität und Schönheit.

1	Aeneadam genetrix, hominum divomque ¹ voluptas,	¹ divom = divorum
2	alma Venus, caeli subter labentia ² signa	² labor 3: gleiten, schweben
3	quae mare navigerum, quae terras frugiferentis	
4	concelebras ³ , per te quoniam genus omne animantum	³ concelebro 1: beleben
5	concipitur ⁴ visitque exortum lumina solis:	⁴ concipio 3M: befruchten
6	te, dea, te fugiunt venti, te nubila caeli	
7	adventumque tuum, tibi suavis daedala tellus	
8	summittit ⁵ flores, tibi rident aequora ponti	⁵ summitto 3: sprießen lassen

9 placatumque nitet diffuso lumine caelum.
 10 nam simul ac species⁶ patefactast verna⁷ diei
 11 et reserata⁸ viget genitabilis aura favoni⁹,
 12 aerae primum volucris te, diva, tuumque
 13 significant initum percussae¹⁰ corda tua vi [...]
 14 it Ver et Venus et Veneris praenuntius ante
 15 pennatus graditur, Zephyri vestigia¹¹ propter
 16 Flora, quibus mater praespargens¹² ante viai
 17 cuncta¹³ coloribus egregiis et odoribus opplet.

⁶ species, -ei f.- Anblick, Pracht, Schönheit
⁷ verna 3: frühlingshaft
⁸ resero 1: entriegeln
⁹ favonius, -i m.: Westwind
¹⁰ percello 3: schlagen, anfachen, entzünden
¹¹ vestigium, -i n.: Spur
¹² praespargo 3: vorher bestreuen
¹³ ante viai cuncta – vor den ganzen Weg

Römisches Recht – Verletzungen von Persönlichkeitsrechten

Einleitung: Bei Verletzungen von Persönlichkeitsrechten lässt sich gut zeigen, wie das römische Recht den Rechtsnormen der Jetztzeit seinen sichtbaren Stempel aufgedrückt hat.

Text 1: (Gaius, Institutiones III, 220 f.)

1 Iniuria autem committitur non solum, cum quis pugno¹
 2 puta² vel fuste³ percussus vel etiam verberatus⁴ erit, sed
 3 etiam si cui convicium⁵ factum fuerit, sive quis ad
 4 infamiam⁶ alicuius libellum aut carmen scripserit, sive quis
 5 matrem familias aut praetextatum^a adsectatus⁷ fuerit.
 6 Pati autem iniuriam videmur non solum per nosmet ipsos,
 7 sed etiam per liberos nostros, quos in potestate habemus,
 8 item per uxores nostras, quamvis in manu^b nostra non sint.
 9 Itaque si veluti⁸ filiae meae, quae Titio^c nupta est, iniuriam
 10 feceris, non solum filiae nomine tecum agi⁹ iniuriarum
 11 potest, verum etiam meo quoque et Titii^c nomine.

¹ pugnus, -i m.: Faust
² puta: zum Beispiel
³ fustis, -is m.: Stock
⁴ verberare: verprügeln
⁵ convicium, -i n.: Beleidigung, Schmähung
⁶ infamia, -ae f.: h. allg. Verächtlichmachung
⁷ adsectari: jemanden dauerhaft belästigen

⁸ veluti: wie zum Beispiel

⁹ agere cum + Abl.: klagen gegen jemanden

^a praetextatus 3: der mit der „toga praetexta“ Bekleidete = der (14-jährige) Jugendliche
^b manus, -us f.: es gab schon in der Frühzeit – mit Beginn der Kaiserzeit immer häufiger – die „manus-freie“ Ehe, in der die Frau nicht der rechtlichen Gewalt des Mannes unterstellt war.
^c Titius, -i m.: Titius, Schwiegersohn des Gaius = röm. Rechtsgelehrter des 2. Jh.n.Chr., dessen Lebensdaten nicht genau bekannt sind, der aber ein weitverbreitetes Rechtslehrbuch, die „Institutiones“, verfasst hat sowie Kommentare zum Edikt der Prätores

Text 2: (Ulpian, ad edictum 57 /77 = Dig. XLVII, 10, 7, principium / XLVII, 10, 15, 2/5)

- 1 Praetor^a edixit: "Qui agit iniuriarum¹, certum dicat, quid
2 iniuriae factum sit." Quia qui famosam² actionem intendit,
3 non debet vagari³ cum discrimine⁴ alienae existimationis⁵,
4 sed <debet> designare⁶ et certum specialiter dicere, quam
5 se iniuriam passum contendit.
6 Ait praetor^a: "Qui adversus bonos mores convicium⁷ cui
7 fecisse, [...] in eum iudicium dabo."
8 Convicium⁷ iniuriam esse Labeo^b ait.
9 Sed quod adicitur a praetore^a "adversus bonos mores",
10 ostendit non omnem in unum collatam vociferationem^{8/9}
11 praetorem^a notare¹⁰, sed eam, quae bonis moribus
12 improbatur¹¹ quaeque ad infamiam¹² vel invidiam alicuius
13 spectaret.

- ¹ iniuriae, -arum f.: Verletzung von Persönlichkeitsrechten
² famosus 3: ehrverlustbringend
³ vagari: ungenaue Behauptungen vorbringen
⁴ discrimen, -inis n.: Gefährdung
⁵ existimatio, -onis f.: Wertschätzung
⁶ designare: genau bezeichnen
⁷ convicium -i n.: Beleidigung, Schmähung
⁸ vociferatio, -onis f.: Geschrei
⁹ vociferationem conferre in: jemandem etwas nachrufen
¹⁰ notare: tadeln, rügen
¹¹ improbare: missbilligen
¹² infamia, -ae f.: h. Rufschädigung

^a praetor, -oris m. Praetor, römischer Beamter, dessen Edikte Gesetzeskraft hatten. Es gab insgesamt 8 Prätores, die für jeweils unterschiedliche Rechtsbereiche zuständig waren.
^b Labeo, -onis m.: M. Antistius Labeo, Rechtsgelehrter des 1. Jh. n. Chr., gehörte wahrscheinlich zur senatorischen Opposition gegen den Prinzipat, schrieb Kommentare zu den 12-Tafel Gesetzen und zum Prätorenedikt und übte so großen Einfluss auf die Entwicklung der Rechtswissenschaft aus.

Varia

1. Alesius G., Epigrammatum libellus XI

Einleitung: Der österreichische Autor Gerardus Alesius (Gerd Allesch) veröffentlichte zahlreiche Gedichte, die in Form und Inhalt an sein Vorbild Catull erinnern.

Inspiziert von Catulls carmen 3 (Der Tod des Spätzchens) schrieb er folgendes Epigramm:

XI. Epitaphium muris ¹ saltatoris ¹ nomine Rudolphi	¹ mus saltator: Tanzmaus
1 Lugete ² o choreae Musarum	² lugere 2: trauern
2 siste pedemque	
3 Terpsichore ^a : periiit primus in arte tua	
4 Rudolphus ^b - vae! - saltator mus quo moriente	
5 artis saltandi concidit omnis honos.	

^a Terpsichore: Muse der Tanzkunst

^b Rudolphus,-i: Anspielung auf Rudolf Nurejew, einen der bedeutendsten Ballett-Tänzer des 20. Jahrhunderts

2. Alesius G., Odae XLV, XVII: Georgius

Einleitung: In der Ode „Georgius“ hat der Dichter ein Hochzeitsgedicht verfasst, das an seinen Freund Georg gerichtet ist. (*Versmaß: Zweite asklepiadeische Strophe*):

1 Lugete o lepidae ¹ nunc mulierculae ²	¹ lepidus/a/um: niedlich
2 et pulcrum omne genus femineum. Dolor	² muliercula,-ae: Mädchen
3 effundat lacrimas ex oculis vagis	
4 ut crescat mare turgidum ³ .	³ turgidus/a/um: brausend
5 Ah desiderium et maxima spes cadit	
6 vestra et delicias ⁴ cedere cernitis:	
7 laetum namque Venus laeta Georgium	⁴ deliciae,-arum: Geliebter (sc.Georgius)
8 vobis eripuit repens ⁵ .	⁵ repens: plötzlich, unerwartet

9	Vobis proposita est tristitia et dolor	
10	illi laetitia et gaudia candida ⁶ :	⁶ candidus/a/um: ungetrbt, rein
11	ver ⁷ flores renovat, mentis ⁸ et aspera ⁸	⁷ ver, veris n.: Frhling
12	tandem nubila ⁸ concidunt.	⁸ aspera nubila mentis: Liebesschmerzen
13	Pax mentis maneat alma ⁹ Georgio	⁹ almus/a/um: segenspendend
14	felices et ament auspiciis bonis ^a	
15	ambo ¹⁰ : proveniunt vota Georgio:	¹⁰ ambo/ae/o: beide (zu ,felices')
16	Irenem ^b reperit ¹¹ suam.	¹¹ reperio 4 repperi: finden

^a Anspielung auf die Liebe zwischen Acme und Septimius (c.45)

^b Irene: Gattin Georgs; der Name bedeutet „Friede“ auf Griechisch

„Amoris laetitia“ (Papst Franziskus, 2016)

Einleitung: Die lateinische Sprache ist neben Italienisch nach wie vor eine Amtssprache des Vatikan. So bedient sich auch Papst Franziskus ihrer, um wichtige Botschaften zu verbreiten.

Im Jahr 2016 wird das nachsynodale Schreiben des Papstes „Amoris laetitia“ vorgestellt. Dieses Dokument handelt vom Stellenwert der Liebe, Ehe und Familie.

Die ausgewhlte Textpassage behandelt die ethische Erziehung der Kinder:

1	Etsi schola indigent ¹ parentes, ut primaria institutio ² filii	¹ indigeo 2, indigui, - (+ Abl.): brauchen
2	praebeatur, eorum moralem institutionem ² non possunt ipsi	² institutio, -ionis f.: Erziehung, Bildung
3	umquam ex integro ³ aliis committere. Affectuum morumque	³ integer, -gra, -grum: vollstndig, ganz
4	proventus ⁴ cuiusdam personae praecipuam requirit	⁴ provectus, -us m.: Frderung, Wachstum
5	experientiam, ut credatur fiducia dignos esse parentes. Id	⁵ responsalitas, -atis f.: Verantwortung
6	educationis responsalitem ⁵ secum fert: affectu ac	
7	testimonio oportet fiducia filiorum eliciatur ⁶ , eis amabilis	⁶ elicio M, elicere, exlexi/elicui, elicium: erwecken, herauslocken
8	observantia instilletur ⁷ . Cum haud percipit filius se suis	⁷ instillo 1: eintrufeln, einflben
9	parentibus carum esse, quamvis sit imperfectus,	

10 aut non animadvertit ipsos de se sincere
 11 sollicitos⁸ esse, id gravissima vulnera infert, quae
 12 eius in provectu⁴ complures difficultates
 13 important⁹. Eo, quod relinquitur, [...] acerbior
 14 dolor inuritur quam quaedam forte emendatio¹⁰,
 15 quae propter quiddam male actum adhibetur.

⁸ sollicitus 3: besorgt, in
Sorge

⁹ importo 1: verursachen

¹⁰ emendatio, -onis f.:
Kritik, Zurechtweisung

Nuntii Latini

Trump reclamaciones vehementissimas excitavit

1 Donald Trump Civitatum Unitarum Americae praesidens
 2 pronuntiavit se comprobare¹ Hierosolyma^a esse caput
 3 civitatis Israelianae sedemque legationis civitatis suae eo
 4 delatum iri. Palaestinenses quidem postulant, ut huius urbis
 5 pars orientalis fiat caput ipsorum civitatis; sed Israeliani
 6 iam anno millesimo nongentesimo² octogesimo³
 7 Hierosolyma^a tota et integra⁴ pro capite suae civitatis
 8 declaraverant. Hoc a Trump nunc comprobato⁵ per orbem
 9 terrarum reclamaciones vehementissimae excitatae sunt,
 10 praecipue in civitatibus muslimis.

¹ comprobo 1:
anerkennen

² nongentesimus 3:
neunhundertste

³ octogesimus 3: der
achtzigste

⁴ integer, -gra, -grum:
ungeteilt

⁵: comprobo 1:
bestätigen

^a Hierosolyma: Jerusalem

Mundusne levabitur¹ bombis atomicis?

1 Confoederatio internationalis studio armorum nuclearium ¹ levo 1: lindern
2 vetandorum coniuncta Osloae^a honorata est praemio
3 Nobeliano pacis. Haec confoederatio, quae congregata est
4 e ducentis² societatibus, id agit, ut illa quindecim milia fere ² ducenti 3: zweihundert
5 armorum nuclearium tollantur et orbis terrarum servetur a
6 bello atomico. Praemium Nobelianum pacis habetur honor ³ adiudico 1: zusprechen
7 in rebus politicis adiudicatus³ toto orbe terrarum maximus.

^a Osloa: Oslo



Figure 1: foto: apa/afp/fabrice coffrini

Olympia adiudicata

1 Olympia aestiva anni bis millesimi vicesimi quarti Lutetiae^a
2 habebuntur, quattuor annis post Angelopoli^b. Quae
3 attributio a Consilio Internationali Olympico probata est
4 pacto cum utraque urbe inito. Quo facto Lutetiae^a successit
5 petio, postquam bis accepta non erat. Qua re post centum ¹ denuo: nochmals, wieder
6 denique annos denuo¹ in ea urbe Olympia habebuntur.

^a Lutetia,-ae: Paris

^b Angelopolis,-is : Los Angeles

